MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 79r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



rodus et lango et omnes insule et xpianorum terra vult
tributum turchiis non dederunt Sed nunc per dei gratiam
fratres id in contrarium mutauerunt Cum turchii primo
audierunt rodum insulam per fratres sancti iohannis subiuga
tam maximo congregato exercitu per sollempnos
legatos primum verbis blandis et pacificis tributum
debitum a fratribus postulabant exponentes quod quod cum
fratribus libenter treugas et fedus vellent in ire Sed
omnibus modis tributum vellent habere tunc temporis non erat
magister in ordine nam magister ordinis frater phota desilleret
per fratres et per discordiam erat depositus Sed quidam frater
de Basilia tunc ordinis erat tutor miles multum
strenuus et honestus Rendit turchiis petens tum
dierum deliberacionem et inducias quas turchi libentis
sime dederunt et exercitui eorum mandauerunt hoc
Interim idem miles ordinis tutor cottidie et
assidue epulabatur cum turchis et omnem ipsorum exerci
tum locum statum et condicionem et propositum ipsorum ab eis
subtiliter investigauit et arma homines et naui
gia quotquot potuit interim congregauit Et tercia
die fingens se iterum pugnaturum contra grecos ro
gauit turchos ut camera sua intrarent neque
mali usque ad redditum suum a xpianis eis euen
iret quod et turchi fecerunt Et miles tutor positis